D icta nihil metuere nihil periuria curant
C erte ego te in medio versantem turbine leti
E ripui et potius germanum amittere crevi
Q tibi fallaci supremo in tempore deessem
P ro quo dillaceranda feris dabor alitibusque
P reda nec intacta tumulabor mortua terra
Q uenam te genuit sola sub rupe leena
Q uod mare conceptum spumantibus expuit undis
Q ue syrtis que Sylla rapax que vasta caribdis
T alia qui redis pro dulci premia vita
S i tibi non cordi fuerunt conubia nostra
S eva quod horrebas prisci precepta parentis
A ttamen in vestras potuisti ducere sedes
Q ue tibi iocundo famularer serva labore
C andida permulcens liquidis vestigia lymphis
P urpurea ve tuum consternens veste cubile
S3 quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
E xtenuata malo que nullus sensibus aucte
N ec missas audire queunt nec reddere voces
I lle autem medijs prope iam versatur in undis
N ec quisquam apparet media vacua mortalis in Alga
S ic nimis insultans extremo tempore seva
F ors etiam nostris invidit questibus auris
I uppiter omnipotens utinam ne tempore primo
G nosia cecropie tetigissent littora puppes
I ndomito nec dira ferens stipendia tauro
P fidus incretam religasset nauta funem
N ec malus hic celans dulci crudelia forma
C onsilium nostris requiesisset sedibus hospes
N am quo me referam quali spe perdita nitor
I domeneos ne petam montes a gurgite late
D iscernens ponti truculentum ubi dividit equor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0659
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG